



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antidota Evangelica contra horum temporum hæreses

Stapleton, Thomas

Antverpiae, 1595

11. Non quod intrat in os coinquinat hominem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39546

reprehensionem villo modo pertinens, quæ ipsum Deum authorem habent, non priuatos homines, vt dictum est. Addit postea docere his verbis Christum, *non alium esse rationalem Dei cultum, quam qui ad regulam verbi eius formatus est.* Sed supra ostensum est, nec Christum hoc loco huiusmodi aliquid docere, nec illud in Ecclesia Christi verum esse, tamen in Synagoga Iudæorum quoad publicos & prescriptos cultus verum erat. Nam apud eosdem ex priuato pietatis instinctu multa laudabiliter circa Dei cultum à multis præstita fuisse, varijs exemplis ostendimus in Prompt. Cath. Dom. infra Oct. Natal. Domini.

II. *Non quod intrat in os coinquinat hominem.*

OMNES penè hodie heretici his verbis abusi sunt, vt ieiunia, aut delectus ciborum ab Ecclesia prescriptos, res liberas esse & nihil ad pietatem facere, quia violatum ieiunium aut quilibet sine delectu cibus coinquinare hominem non potest. A quorum etiam stulticia temperare sibi Calvinus non potuit, quin illud etiam hoc loco annotaret. Nam circa huius parabolæ explicationem quam Christus postea facit, ait. *Hic Christus fustus exponit quod prius attigerat, regnum Dei non esse positum in cibo & potu, sicuti etiam Paulus docet, Rom. 14. Nam quum res externæ natura puræ sint, liber quoque ac purus est earum vsus, Nec verò ex bonis Dei creaturis contrahitur immundities.* Hæc ille: cui stolido heretico iam millies à Catholicis responsum est, cibum quidem veritum quatenus cibus est, & quatenus in os intrat, non coinquinare, sed præcepti Ecclesiastici contemptum, & ipsum cibum, quatenus veritus est, multum coinquinare. Caro porcina si eam comederet Iu-

Delectus
ciborum.

K dæus

deus vigente adhuc lege, quatenus comesta non
 coinquinabat; sed quatenus verita ita coinqui-
 2. Mach. 6 nabit, vt sancti illi Machabæi senexque Eleaza-
 rus mori potius voluerint quàm illam comedere.
 Ephes. 5. Dicit Apostolus, *In vino est luxuria.* Haud dubie
 vinum quatenus bibitur & intrat in os non gene-
 rat luxuriã nec coinquinat, sed immoderate sum-
 ptum luxuriam generat. Sic ergo in cibo vetito
 est peccatũ, sicuti in vino immoderato est luxu-
 ria. Pauli verba ad Rom. 14. quam vim habeant,
 ibi explicuimus. Rerum externarũ, tametsi in se
 pura sunt, non est tamen vsus purus semper ac li-
 ber: sed sicut immoderatus vsus impurus atque il-
 licitus est, sic vsus earum legitima autoritate
 vetitus ac prohibitus impurus quoque atque illi-
 citus est.

23. *Accedentes discipuli eius rogabant eum dicentes: Di-
 mitte eam, quia clamat post nos.*

Inuocatio
 Sanctorũ
 defeditur.

QVIA aliqui (vt videtur) scriptores Catholici
 moderni, hanc intercessionem discipulorum
 pro muliere Chananæa à Christo prima vice ni-
 hil impetrante, in exemplum proferunt interces-
 sionis Sanctorum pro nobis, quorum suffragia &
 patrocinium inuocamus, quum à Deo confestim
 non exaudimur ad maiorem fidei & patientiæ ac
 perseuerantiæ nostræ probationem, sicuti cum
 Chananæa hinc Christus egit, rotam hanc huius
 loci applicationem exagitat Calvinus his ver-
 bis. *Puerile figmentum fuit, quòd hoc pretextu conati sunt
 Papistæ Sanctos, qui mortui sunt, nobis inducere patronos.
 Nam vt demus hanc sceminam petisse à discipulis aliquid
 suffragationis aut gratiæ (quod tamen ex textu elici non pos-
 test) alia tamen est mortuorum ratio quàm viuorum. Adde
 quid*